

## I VERSION

### La crainte de la mort

Denique auarities et honorum caeca cupido  
quae miseros homines cogunt transcendere fines  
iuris, et interdum socios scelerum atque ministros  
noctes atque dies niti praestante labore  
5 ad summas emergere opes, haec uulnera uitae  
non minimam partem mortis formidine aluntur.  
Turpis enim ferme contemptus et acris egestas  
semota ab dulci uita stabilique uidetur  
et quasi iam leti portas cunctarier ante ;  
10 unde homines dum se falso terrore coacti  
effugisse uolunt longe longeque remosse,  
sanguine ciuili rem conflant diuitiasque  
conduplicant auidi, caedem caede accumulantes ;  
15 crudeles gaudent in tristi funere fratris,  
et consanguineum mensas odere timentque.  
Consimili ratione ab eodem saepe timore  
macerat inuidia : ante oculos illum esse potentem,  
illum aspectari, claro qui incedit honore,  
20 ipsi se in tenebris uolui caenoque queruntur.  
Inteunt partim statuarum et nominis ergo.  
Et saepe usque adeo, mortis formidine, uitae  
percipit humanos odium lucisque uidendae,  
ut sibi consciscant maerenti pectore letum,  
obliti fontem curarum hunc esse timorem,  
25 hunc uexare pudorem, hunc uincula amicitiai  
rumpere, et in summa pietatem euertere suasu.  
Nam iam saepe homines patriam carosque parentis  
prodiderunt, uitare Acherusia templa petentes.

Lucreèce

## II COURT THÈME

Parmi toutes les grandeurs du monde, il n'y a rien de si éclatant qu'un jour de triomphe ; et j'ai appris de Tertullien que ces illustres triomphateurs de l'ancienne Rome marchaient avec tant de pompe, que, de peur qu'étant éblouis d'une telle magnificence, ils ne s'élevassent enfin au-dessus de la condition humaine, un esclave qui les suivait avait charge de les avertir qu'ils étaient hommes.

Bossuet, *Sermon sur les devoirs des Rois*.